graphice ob oculos Vobis ponatur. Mitis certè et mollis Dea
est Clementia, quae lenit, quae temperat, quae noxios erigit, quae
ipsos erigit, quae servatum it eos ipsos, qui se perdunt, quae ama-
bilem, quae firmum, quae illustrem juxta Lipsii monitum, fa- Lipsi. l. 2
cit Principem. Haec, haec homini omnium virtutum est Politic. c. 29.
convenientissima, quia humanissima; sed neminem tamen ex p. 50.
omnibus magis quam Regem aut Principem decet, quia om-
nia quae sceptro sunt digna, praeprimis amorem conciliant,
inquit prodigium illud humanae sapientiae Seneca. Adjicit Senec. l. de
album suum huic calculum Scriptor historiae Romanae No- Clement.
bilissimus Sallustius, quum inquit: Qui benignitate ac clemen-
tia imperium temperavere, his candida et laeta omnia fu-
erint, imo hostes etiam aequiores, quam alii cives. Quid vero
contra ea est Crudelitas? Nonne verbis nostri Val. Maximi l. 8. c. 2.
habitus ejus est horridus, truculenta facies, violenti spiritus, ora- p. 402.
tio et crudelis imperiis referta, cui silentium est donare, in-
crementum est adjicere? Crudelitas sane quae maxime naturae ini-
mica est, odiosum subditis suis reddit Principem, inquit flos l. 3. offic.
populi Rom. illibatus, suadaeque medulla, Cicero. Attamen, ut
vos A. V. videatis omnes, ut videatis singuli, Carolum, si
mitis, si comis, si clemens interdum, crudelem quoque non raro
fuisse Principem, en vobis exempla nonnulla Carolinae cru-
delitatis suggeram. Quid? Nonne Carolina crudelitas inpri-
mis patet ex hoc, quod, cum de Autoribus factae defectionis
inquisivisset, cumque omnes Witekindum hujus sceleris auctorem Annal. Franc.
rem proclamassent, ipsum tamen tradere nequirent, eo quod 782.
perpetrata ad Nordmannos se contulerat, uno die ad
Ferdam oppidum, super Alaram fluvium quatuor millia Sa-
xonum et decollare jussit. O crudelitatem, ne dicam tyran-
nidem, Heracliti lachrimis digniorem, quam Democriti
cachinno. Certè, si crudele non est factum, illos, qui de-
diti erant, à Rege Witekindo inducti, supplices et veniam
impetratam benevoli ac fideles futuri, tam diris modis è vita
tollere, quod aliud crudelius et inhumanius esset facinus? Aliud

se jam